



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De conclusionibus specialibus, quæ inferuntur ex sententia negatiua hac,
quod in vsura non transfertur dominium, quæ vera est contra Nauarrum,
& an hæredes vsurarij debita vsuraria teneantur singuli ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

500 Cap. LXXX. De corollariis ex sententia, &c.
nobis est disputandum. Circa hanc questionem mo-
sus quam nobis erat animus, sumus immorati, consilia
tamen, & non ab re, nempe, ut pateat, quam sint falsa
foro conscientiae assertiones aliqua, quas Nauarrus cum
aliis canonistis, ex principiis contrariis ad nostras con-
clusiones, quae quidem proculdubio ostendimus esse prin-
cipia falsa inferri.

¶ De conclusionibus specialibus, quae inferuntur ex sententia
gatiua hac, quod in usura non transfertur dominium, quae
est contra Nauarrum, & an heredes usurarii debita usura
teneantur singuli restituere in solidum acius non soluentibus, ac
solum pro portione partis quam quisque adiuit.

C A P. LXXX.

Poltquam fundamentalem ad plures conclusiones
praecipimus basim, superest nunc conclusiones, quae
inde eliciuntur statuere, & alias ei annexas, atque con-
sequentes.

¶ Sit igitur prima conclusio, si aliqua domus, vel pos-
sessio sit emptae ex pecunia usuraria, non est restituenda
mutuario soluti pecuniam usurariam, unde emptor est
ab usurario. Haec conclusio est iuridica, & probatur ca. di-
ru. & cap. tua. de usuris. patet ex D. Tho. 2. q. 78. q. 2.
quae de usuris sunt comparatae non sunt eorum, quorum
sunt usurae, sed illorum qui eas emerunt. Sunt tamen obli-
gatae illis, a quibus fuerunt usurae acceptae sicut & alia
bona usurarii, & ideo non praecipitur, quod assignentur
istae possessiones his, a quibus acceptae fuerunt usurae, quae
forte plus valent quam usurae, quas dederunt, sed praeci-
pitur quod vendantur possessiones, ut si aliunde usurarii
usuras non sint soluendo, earum pretia restituantur scilicet
dum quantitatem usurae acceptae. Haec D. Thomas.

a D. Tho.
2.2. q. 78.
art. 3. ad 2.
arg.

¶ Q. 1.

¶ Sed quia hic idem Diuus Thomas docet, quod pos-
sessiones scilicet pecunia emptae sunt obligatae soluendo
bus usuras, sicut & alia bona usurarii: Quae tunc an hoc
sit verum. Nam Nauarrus ait contra S. Thomam verum esse
se quod bona usurarii non sunt obligata pro usuris extor-
tis, quia inquit nullo iure probatur talis obligatio: & in
tenet Ioannes Andr. Panormit. & communis in cap. cum
tu. &

b Nauar.
Sum. Lat.
cap. 17. nu.
295

in cap. tua per illum textum inductum ibi à Panor.
de usuris contra glossam in utroque cap. & in cap. 2.
eod. tit. lib. 6. quam etiam ibi Domin. & Franc. reprobant.

¶ At quia hic Nauarrus confuse, & citra distinctionem
loquitur, & quia referente Soto isti dicunt quod illa bo-
na quæ per usuram extorta sunt obligata manent, reliqua
vero legitime acquisita minime, quia nullum ius id præ-
cipit inquirunt, & quoniam S. Thom. in eadem solutione
secundi non modo illa quæ usuraria pecunia empta sunt,
verum omnia affirmat esse obligata, ideo per distinctio-
nem ad quæstionem respondendum mihi esse videtur.

¶ Nam triplicia sunt usurarij bona, id est illa quæ veluti
usurarium pretium acquisita sunt. ¶ Secunda bona eius
sunt quæ pecunia usuraria sunt empta. ¶ Tertia bona eius
esse dicuntur quæ alias via licita, scilicet hæreditate, vel
successione vel licito lucro sibi comparauit, & licite pos-
sident. ¶ Præterea, & de obligatione quoque distinguen-
dam est nam alia est obligatio personalis, scilicet quæ ex
persona descendit in possessiones: ¶ Alia vero est obli-
gatio realis quæ ratione rei ligat personam. Res ergo pri-
mi ordinis secundum Sotum puta quæ usu non consu-
mantur, quæ sunt usura, vel furto sublata, obligatione
reali manet restitutioni obnoxia quippe quæ eodem nu-
mero reddendæ sunt, eo quod dominium fixum permanet
penes primum possessorem. Quo: circa obligatio hæc quo-
cunque cum re ipsa transierit: nempe siue vendatur, si-
ue donetur, siue iure hæreditario hæc bona possidean-
tur, obligatur possidens easdem res ratione rei acceptæ
restituere vero domino. Sed sunt aliæ res, siue usuraria pe-
cunia empta, siue legitime ab usurario acquisita, ut verbi
gratia sunt patrimonialia bona eius, & hæc res non sunt
obligatione reali restitutioni subiectæ: sed personali: nam
fenerator usurarium numisma per usuram sibi parans, resti-
tutioni sit subditus, & ratione ipsius cuncta quæ possidet.

¶ Quod si quis sciscitetur quænam inter hæc vitam
que obligationem subsit differentia respondetur sane la-
tissimum inesse discrimen. Nam hæc obligatio persona-
lis non transit perinde ac realis cum rebus, sed tantum
in illos, qui loco personæ succedunt (verbi gratia) si usu-
rarius vendat suum patrimonium, quando alia sibi sup-
petunt

¶ Sotus de
iust. & iur.
lib. 6. q. 1.
art. 4.

Q. 8.

petunt bona, quibus soluendo fit vsuras, si postea redactis fuerit in egestatem taliter, quod iam non est composuisti restituendum, emptores illius patrimonij liberi sunt restitutione. Nam bona ab ipsis empta bona erant factoris: veruntamen, si vsurarius cum iam obierit aliquid reliquit legitima bona, etiam si vsurariam substantiam partem distraherit, vel abliguriuerit, hæredes vsurarij tenentur paternas vsuras soluere ratione obligationis non quidem realis: sed personalis, quia succedunt loco personæ defunctæ.

Q. 9. ¶ Hinc protinus facilis est descensus ad fœneratores hæredes, utrum teneantur restituere, & an in solidum, & quidem non tam dubitatur quod teneantur restituere, quia testamenta vsuraria, ubi vsuræ legantur sunt ipso iure nulla, sed quo modo teneantur, id est quod magis de qua inquiritur. ¶ Igitur pro decisione dicimus. Primo, quod res ædem vsurariæ in hæreditate permanentes primo restituendæ sunt: quia obligatione reali propriis dominis sunt debita, quæ quidem obligatio realis cum ipsis rebus in se alienis, quocumque migrat.

d Vide tit. de vsur. in 6.

¶ Secundo dicimus quod si nihil istorum bonorum, que in se fuere vsuraria iam supersit, tunc hæredes ex aliis legitimis bonis si vsurarius ea reliquerit, tenentur restituere vsuras, & quidquid ille debebat propter personalem obligationem, eo quod hæredes loco personæ defuncti librorogantur, tenentur (inquam) in conscientia, si bona debitorum summam adæquent, alioquin satis est, si tota hæreditatem restituant, nec ultra facultates hæreditatis tenentur. ¶ Si autem in foro exteriori hæreditatem acceptarent in tali foro cogentur in totum, nisi fortitan beneficium inuentarij acceptarent pronuntiando se tantum bonorum in inuentarij charta scriptorum esse hæredes.

Q. 10. ¶ At hinc iam oritur dubitandi ratio, utrum hæredes singuli in solidum teneantur, an duntaxat pro rata, & quanta singulis obuenienti ex hæreditate. Nam & de hoc inter doctores variatur: quia Syluester, in resolutam vide verbo, vsurarij relinquere questionem tantum contentus dixit, ra 6. §. 1. secundum opinionem tenentium omnia bona vsurarij manere obligata vsuris, teneri singulos hæredum in solidum, secundum vero opinionem, tenentium

non omnia esse obligata, quemlibet teneri tantum pro rata. Sed hanc distinctionem autumat Sorus parum ad re-
 lacerare. Cum iuxta placitum Diui Thomæ omnia bona
 vsurarij semper maneant obligata siue obligatione reali,
 si sine se vsuraria, siue personali etiã si sint licite acq̃sita.

¶ Igitur resoluendo quæstionem primo ex mente Soti
 dicimus, quod res illæ quæ pretium fuere vsurarium à
 quouis hæredum possideantur, reddendæ sunt domino,
 & tunc cæteri cohæredes tenentur illi refundere pro ra-
 tione suæ portionis.

¶ Sed quid si sunt alia bona, scilicet licite acquisita an
 tunc tenebuntur in solidum? Et viderur quod sic, propter
 rationem fratris Iosephi ita tenentis quia bona defuncti
 secundum Diuum Thomam, etiam licite acquisita, sunt
 vsurarum debitis obligata, ergo aliis hæredibus suas par-
 tes non restituentibus, quia nolunt, vel iam non sunt sol-
 uendo, quia cõsumpsere, alius hæres de domini parte ad
 se perueniẽte tenebitur in solidum, id est integre eam re-
 stituere, quia cū illa obligatione personali defuncti, cuius
 loco in illa parte est subrogatus transibit. Sed Sorus
 tenet contrarium, scilicet quod hæredes etiam de bonis
 pecunia vsuraria emptis, quando omnia non requiruntur
 ad solutionem vsurarum, solum singuli teneantur pro ra-
 ta partis sibi obuenientis, etiam si alij nolint soluere, vel
 non sint soluendo, & non tenebuntur ad totam partem,
 ut significat Sorus hac ductus ratione, scilicet quod obli-
 gatio personalis non transit ad hæredes, nisi ratione
 hereditatis, ob idque obligatio ista dispertitur secundum
 proportionem hereditatis cuiusque.

¶ Igitur ne propositis vndique opinionibus, & rationi-
 bus, lector maneat in ancipiti, dico primò, verisimilius
 est, & magis rationi, & iuri consonum, quòd si quis hæ-
 redum non habet vnde restituat, alius pro suæ heredita-
 tis parte est obligatus restituere, eam integre (si opus fue-
 rit) restituendo, quatenus satisfiat pro posse creditori de-
 bito vsurarij. Hoc patet primò ex ratione fratris Iosephi
 desumpta ex doctrina Diui Thomæ, quia omnia bona il-
 la sunt obligata pro vsuris, & successio non potuit tolle-
 re istam præcedentẽ obligationem, quam agnouit Diuus
 Thomas. ¶ Secundò patet, quia in foro exteriori citra

f Nauar.
Sum. Lat.
cap. 17. num.
278.

præsumptionem sic iudicabitur, & ius fori, & ius poli-
est conscientia: idem est, vbi sententia non fundatur
falsa præsumptione. ¶ Tertio patet, quia hæc sententia
est Nauarri dicentis, f quod si quis eorum hæredum non
habet vnde restituat, alius ad id pro sua hæreditatis por-
re, quantum feret (inquit Nauarrus) obligabitur, id est pro
solum pro rata: sed quantum feret, id est quantum par-
à se lata adæquauerit ad debitum, vel partem debiti pro-
bat ex cap. tua nos. de vsuris, ex quo infert etiam lega-
rios, & donatarios, qui gratuito aliqua acceperunt ab
vsurario, teneri restituere, si quæ obuenerunt ad hære-
des, non sufficiant, quatenus facti sunt locupletiores.

¶ Igitur si quis oppositam sententiam Soti voluerit to-
nere, quæ etiam est Caietani in opusculo, qui contra Be-
nard: ait quod ius exigendi in integrum secundum eorum
rigorem iuris partitur in hæredes, non damnabo propter
authoritatem tantorum virorum: sed tamen me com-
non faciet, quia eorum ratio, scilicet quod illa obligatio
personalis partitur inter hæredes magis est pia, quam le-
ridica. Quod si secundum ius est vera est casu, quo omnes
hæredes pro rata sua partis sunt soluendo. Si autem ali-
iam impotentes sint ad soluendum, iuri magis consensum
est quod tunc iste qui solum potest soluere, soluat, vel re-
stituatur integrè partem totam si necessaria sit pro satisfi-
ciendo debito vsurario tota. Alij tamen manebunt obli-
gati ad recõpensandum sibi eam partem, quam ultra ratam
soluit, quia alij non fuere pro tunc soluendo. Sed opi-
nio Soti, & Caietani in conscientia forte est vera quando
alij cohæredes possunt pro rata restituere, sed non si: quia
tunc cum via iustitiæ creditor possit ab omnibus cohæ-
redibus potentibus soluere debitum vsurarium pro rata
illud recuperare, æquitati consonum est, quod vnus soluat
etiam si alij nolint, suas partes soluere, ultra ratam non
cogatur restituere, quia tunc in foro exteriori sic iudica-
retur, quia malitia nolentium soluere alteri nocere non
debet.

¶ In hoc